



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

58 Hæc vetat abbate monachos nolente sacrari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

poenas per ignorantes i legem Dei, id est a, per Saracenos venire, & favere permittit.

¶ Per ignorantes ¶ In epistola B. Bonifacii martyris, (que una cum multis aliis extraxit manuscripta in codice sapientie memorato bibliotheca Dominicana) legitur: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. cum qua lectione concordant aliquot verisimiles Gratiani exemplaria, & ferè etiam Ivo.

C. XI. ¶ De religio si inveni fuerint filii sacerdotum, ordinentur.

Unde Urbanus in fine superioris capituli distinguendo subiunxit.

Rubrica huius capituli abest ab aliquot versibus (neque enim est capituli distinctio) & præponitur sequenti capiti, Apostolica.

Nisi b aut in canoniis, aut in canoniis c religiose probati fuerint consetari.

C. XII. ¶ De eodem. Item Alexander II.

Apostolica a auctoritate præcipimus vobis, ut si eum, quib ab ecclesia electus est, altero digniore esse, canonicamque eius electionem probaveritis, fulti non sita auctoritate consecratis. Nam, pro eo quod filius sacerdotis dicitur, fixiter virtutes in eum conveniant, non rejicimus.

Hoc autem, quod de filii sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesie introductum videtur: & quod ex dispensatione introductum, ad consequentiam regule trahi non poterit.

C. XIII. ¶ Filiis sacerdotum non prohibentur ab Episcopis, si cetera virtutes in eis inventantur.

Unde Urbanus Papa II. scribit Bartholomæo Turon. Archiepiscopo.

Cononiamensem electum, pro eo, quod filius sacerdotis dicitur, si cetera virtutes, in eum conveniant, non rejicimus, sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, ut hoc pro regula in posterum assumatur, sed ad tempus ecclesie periculo consultur.

Contra ergo ex sacerdotibus nati, in summo Pontifice supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de formatione, sed de legitimitate cuius nati: que sacerdotibus i ante prohibitionem ubiq, licita erant, & in orientali ecclesia usq, hodie eis licere probatur.

Quod autem rariis originis semini imputari negatur, videtur esse contrarium illi sententia, f [Adulterorum filii abominatio sunt Domino.] Sed sicut supra dictum est de presbyterorum filii, ita & hoc de filii adulterorum intelligendum videtur: ut illi dicantur esse abominatio Domino, ad que paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter & illud Urbanus intelligendum quod ipse est scribit Veneno Legionen. Episcopo.

¶ Sacerdotibus ante ¶ Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbytericum lucas nisi conjugio, quod in ecclesia Grecorum & Armenis non permittitur est. Id vero minime ita esse, superius in his dist. 12. est annotatum. De illis vero, quos antea narravi creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est esse, antequam patres ipsorum illo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.

C. XIV. ¶ De eodem.

Quia si simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificium videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quam vivente propria uxore pater tuus cognovisse dignoscitur: b Nos

a al. etiam. b Supra ead. cap. presbyterorum. c al. canonicus. d Ansel. lib. 6. cap. 29. e Ansel. lib. 6. c. 29. Pann. lib. 3. c. 3. sup. ca. Ofus. f Sap. 3. sed paulo aliter. g Pann. lib. 3. c. 34. h al. dicitur.

Apostolica manufactudinis gratia admonente, a ceteris que sacerdotium impediunt, criminibus, tam tu professione, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunitatem reagnoscences, & vitam tuam religiosam audientes, ab huius peccati vinculo absolutum, in suscepro sacerdotali officio confirmamus.

DISTINCTIO LVIII.

Item, qui in agritudine constitutus baptizatus presbyter ordinatus non debet.

C. I. ¶ Non ordinatur presbyter, qui in agritudine constitutus baptizatus.

Unde in Neocaesariensi Concilio, c. 23. legitur.

¶ Quis in agritudine constitutus fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est: nisi forte postea ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut b hominum raritas exegerit.

¶ Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia observatum: quemadmodum ex epistola Cornelii Papa de Novatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historia Eccles. lib. 6. c. 4. istuc spectantia, hoc sunt: Qui quidem, ubi exortum prædicationis, spiritu illo malo esset liberatus, & post in unum gravem morbum, ut jam ferre mori putaretur, incidisset; in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit. & paulo post, cum de ipsius ordinatione ageretur, adjungit: Qui quidem Episcopus, non solum ab univ. clero, sed etiam à multis laicis vetitus; quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum affirmis; magis perire postulat, sibi potestatem dari, huic soli manus in fortem presbyterii imponendi.

DISTINCTIO LVIII.

Item ex monachali habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit abbas voluntate proprii Abbatis.

C. I. ¶ Monachus non ordinatur clericus, nisi voluntate abbatis Episcopo fuerit abbas.

Unde Gregorius scribit Mariano Episcopo Ravennati, lib. 2. epist. 18.

Nullus ad ecclesiasticum officium ex monasterio ducatur monachus; nisi quem abbas loci ad id officium propria voluntate obtulerit Episcopo.

C. II. ¶ De eodem.

Item ex d concilio Carthaginensi V. c. 3.

¶ Si quis de alterius monasterio repertum 1. vel ad clericatum promovere voluerit, vel in suo monasterio maiorem monasterii constituit 2. Episcopus, qui fecerit, à ceterorum communione se iunctus, sua tantum plebis communione contentus sit, & ille neq, clericus, neq, præpositus perverret.

¶ Repertum ¶ Græci legunt: 'αὐτὸς τὸν ἀπὸ ἄλλου μοναστηρίου ἔχοντα ἐκ τῶν ἑτέρων, id est, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.

¶ Constituerit ¶ Antea sequelatur, sine licentia abbatis, & monachorum: que verba sunt expansa, quales sunt a concilio Carthagin. & Africano, & plerisque versibus Gratiani codicibus.

DISTINCTIO LIX.

Item, qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & approbatione discipuli non sunt, ad summum sacerdotium non asserent.

a Toly. lib. 2. tit. 31. Burch. l. 4. cap. 43. Ivo p. 1. c. 27. c. 7. 101. b al. & c Paulo aliter. d & in Africa c. 47.